



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

7 Fatuus statim indicat iram suam, qui autem dissimulat injuriam, callidus
est. Prov. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

cernè impellantur ad cursum. Te por
debet esse in consilio, & indifferentia in
ratione. Et in hoc consistit pulchri-
tudo vitæ humanæ, ut quis videat in no-
stris actionibus & desideriis ardorem
magnanimum & nullam præcipitatio-
nem.

Deus sine omni perturbatione agit
ea, quæ agere tenetur ut Deus, & est si-
cut sol in medio cœli, semper occupa-
tus cum infinitis operibus, & tamen sem-
per tranquillus.

Sis ejus umbra in horologio solari
hic in terris. Progredere, & eas eò, quò
tua obligatio te vocat. Fac ea quæ face-
re tenetur is, qui regit aliquam domum,
aut civitatem, vel statum, aut qui regit
actiones Populorum. Sed sis tam sapiens,
& ita tranquillus, ut appareat per tuam
modestiam & tranquillitatem, quod sis
in perfecta pace, nullam habens indis-
cretam sollicitudinem.

REGULA SEPTIMA.

*Fatus statim indicat iram suam, qui
autem dissimulat injuriam, calli-
dus est. Prov. 12.* PARA-



Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'milia' and other illegible characters.

PARAPHRASIS.

Ordinaria hominis indiscretio est, cito suam declarare cholera. Vnde eam quærit extinguere. Interesse illi secretò conducit: dum nascitur, Politicus eam regit; Sapiens verò illam deprimat, & statim mori facit.

REFLEXIO.

FAc adhuc melius, & si est possibile ex momento dum nascitur, eam in pedias. Quàm parum etiam temporis irregularis cholera remanet in tua anima, vel apparet in tua facie, certò manebit nisi cum disordine & pudore Sui inopinati motus non sunt tua mina, sunt tuæ debilitates, & quam tibi nullam culpam infligant, nihilominus tibi malè quadrant, & cum sit hoc eos suppressere, plus erit illos planè sentire.

Scio benè quod gloriosum sit, resistere & vincere, sed cum est in quaestione resistendi alicui periculosa passioni, se ipsum vincendi, magis gloriosum est nullos sentire motus, & nihil apud habere, quod necessariò destrui debet, aut quod timendum habeas.

Time tales triumphos, quibuscum deberes esse captivus, & elige potius habere perfectam sanitatem, quam remedia pretiosa; habere spiritum patientem & modestum, quam excellentes regulas contra impatientiam.

Intellige, quod ipsa prudentia, quae personis facile excandescentibus & biliosis tribuit multas pulchras instructiones pro moderando eorum ardore, si esset in illorum potestate suam reformare naturam, nullum aliud ipsis daret consilium, quam hoc unicum verbum.

Formate alium.

REGULA OCTAVA.

Spiritu ad irascendum facilem

Quis poterit sustinere? Prov. 18.

PARAPHRASIS.

Quis potest vivere cum homine, qui continuo irascitur, & sine data causa, qui subjectus est frequentibus accessibus unius cholera immoderata? Sed quomodo potest se ipsum in tam pudendo statu sufferre?

Quod pejus est, hoc ipsum malum, sicut
F alia



Handwritten notes in red ink on the book's spine, including the word 'OCTAVA' and some numbers.